Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sunt ut afferamus. Perinde in omnibus insidia eius peruenit nos-
tr fructus inquit uester maneat. ut quodcumque petieritis patrem
in nomine meo det uobis. Maneat ergo dilectio. ipse enim ergo fruc
tus noster. Que dilectio nunc est in desiderio. non dum in saturi
tate. & ipso desiderio quodcumque petierimus in nomine uni
geniti filii det nobis pater. Quod autem accipere saluandis non
expedit nobis. non existimemus nos petere in nomine sal
uatoris. sed hoc petimus in nomine saluatoris quod pertinet
ad rationem salutis. IN DEDICATIONE ECCLESIE.

N SECUNDUM LUCAM. IN ILLO TEMPORE. Dixit Iesus discipulis suis.
ON EST ENIM ARBOR BONA QUE FACIT
fructus malos. neque arbor mala faciens fruc
tum bonum. Et reliqua. BEDE PRESBITERI.

QUIA PROPITIA
DIVINITATE FRATRES
KARISSIMI
SOLLEMPNIA
DEDICATIONIS ECCLESIE CELE
bramus. debemus congruere sollempnitati quam
colimus. ut sicut ornatis studiosius eiusdem ecclesie parietibus.
pluribus accensis luminibus. amplificato numero lectionum.
addita psalmorum melodia. letus noctem uigiliis ex more
transegimus. ita etiam penetralia cordium nostrorum semper necessa
riis bonorum operum decoremus ornatibus. Semper in nobis
flamma diuine pariter & fraterne caritatis ardescat. semp